

HIERONYMI PALMA

I V N I O R I S

I. V. D. ET PATRITII LUGENSIS

HIERONYMI SENIORIS Celeberrimi sui temporis Advocati
Ex FRANCISCO FILIO Insigni pariter I. C.

NEPOTIS

LIBER QVARTVS

ALLEGATIONVM

Per eum conscriptarum in Causis gravissimis, & coram varijs Italiæ Tribunalibus vertentibus
VNA CVM REBVS SVPER EIS IVDICATIS, VT PLVRIMVM

I N D I C A T I S

ET MVLTIS ETIAM EX DECISIONIBVS IPSIS PER EXTENSVM

R E L A T I S

ET PRECIPVE PLVRIBVS

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Decisionibus alibi non impressis.

Cum duplici Indice Argumentarum scilicet uno, omnium Consilientium
altero, que in his Allegationibus continentur.



L V C E, M D C V C .

Typis Marefcandoli Superiorum Permissu.

Prædie Kalendas Iulij.

ARGUMENTA SINGVLARVM ALLEGATIONVM QVÆ IN HOC QVARTO LIBRO CONTINENTVR

ARGVM. ALLEG. 301. 302. 303.



IN hac Allegatione, & in duabus sequentibus plures examinantur articuli in Foro quotidie contingentes, & primo loco firmatur Statutum dans executionem sententijs in

Judicatum transactis, intelligi de validis, & iustis; secundo loco dicitur, quod licet a mandato de exequendo regulariter non deat appellatio, tamen ea conceditur, vel ratione iniustitiæ, vel quando tale mandatum continet novum gravamen, & sic excessum.

De inde de Incompetentia Iudicis Laici in Clericum, & de eius hereditate sermo habetur, & firmatur Clericum heredem Laici esse in Curia Ecclesiastica conveniendum, quando non fuit his cum defuncto contestata: Plura dicuntur de reconventionem, quæ quamvis fieri possit contra Clericum etiam in Foro Laico, ipse tamen re integra hoc est ante factam reconventionem, renuntians actioni, reconveniri minimè valet.

Demum quæritur, an fideiussor de Iudicio sisti, & iudicatum solvendo pro capiendo sequestro, teneatur pro toto debito, vel pro valore solum rerum sequestratarum. An Fideiussor Iudicij possit appellare, & de nullitate dicere sententiæ contra suum principalem lata, & an uti possit exceptionibus principali competentiibus, & signanter Inventarij.

ARGVM. ALLEG. 304. 305. 306. 307.

IN hac, & in tribus subsequentiibus Allegationibus, discutitur materia renunciationis, an scilicet, & quando ea comprehendat ius de futuro, & quid requiratur ad hoc ut talia iura omnino inco-

gitata, & ex causa futura de futuro, nullam de presenti spem habentia comprehendantur, & plura hac occasione de renunciatione facta a nubentibus in saculo strictè intelligenda adducuntur.

De inde discutitur, an, & quando masculinum concipiat sœmininum, etiam stante statuto id demandante, & in quibus casibus talis dispositio municipalis non vindicet sibi locum.

ARGVM. ALLEG. 308. 309. 310. 311.


IN hac, & tribus sequentibus Allegationibus; Quæritur an, & quibus ex coniecturis, censeatur confictus ordo Primogenituræ. An ista reputari debeat favorabilis, vel odiosa, & an substitutio media declaretur ex antecedentibus, & subsequentibus, & multa etiam dicuntur de clausulis, & dictionibus relatijs.

ARGVM. ALLEG. 312.

Princeps habens molendinum, ad quod cogebat convicinos, fecit illud vendi per Magistratum Cameralem, cui dedit in mandatis, ut illud venderet pro ut sibi videretur, & cum facultatibus, & privilegijs competentibus saxe Camera. Magistratus devenit ad præfatam venditionem, & in specie cessit ius illud cogendi homines convicinos ad molendum in præfato molendino. Quæritur an ius illud transferri potuerit, & an Magistratus præfatus vigore dictarum clausularum haberet facultatem tale ius cedendi, & affirmative resolvitur.

ARGVM. ALLEG. 313.

Dos quando censeatur congrua, & que debeant considerari pro arguenda eius congruitate; dos data per patrem, quando censeatur data etiam de bonis maternis, ad intelligentiam Textus in l.



ALLEGATIONVM

ET

RERVM IVDICATARVM

SUPER EIS


D. HIERONYMI PALMA NEPOTIS

I. C. ET PATRII LVCENSIS

LIBER QVARTVS.



SUMMARIVM.

- | | |
|---|--|
| <p>1  <i>Ententia iniusta nunquam transit in rem iudicatam.</i></p> <p>2 <i>Sententia iniusta non est sententia, nec sententia nomen meretur.</i></p> <p>3 <i>Sententiatum non dicitur quod ritè iudicatum non est.</i></p> <p>4 <i>Statutum dans executionem sententijs intelligitur de sententijs iustis, & validis.</i></p> <p>5 <i>Sententia iniusta executionem non meretur.</i></p> <p>6 <i>Appellatio datur a mandato de exequendo etiam ad effectum suspensivum, quando mandatum est iniustum.</i></p> <p>7 <i>Appellatio datur à mandato de exequendo, quando ex eo resultat novum gravamen.</i></p> <p>8 <i>Appellatio semper datur, quando adest excessus, etiamsi alias pronuntia non esset appellabilis.</i></p> <p>9 <i>Quod procedit etiam si alias in causa principali non daretur appellatio.</i></p> | <p>10 <i>Amplia etiam quoad effectum suspensivum.</i></p> <p>11 <i>Causa excessus, quando & ad quem effectum sit in appellatione exprimenda.</i></p> <p>12 <i>Signatura rescribit de appellatione cum clausulis suspensivis, quando videt aliquod gravamen.</i></p> <p>13 <i>Iudex laicus non est competens contra Clericum.</i></p> <p>14 <i>Amplia ut procedat, etiam si Clericus esset hares laici.</i></p> <p>15 <i>Clericus hares laici non potest conveniri coram Iudice laico, nisi quando lis fuit, cum laico suo autore contestata.</i></p> <p>16 <i>Clericus quando valet reconveniri coram Iudice laico.</i></p> <p>17 <i>Aktor re integra, & ante factam reconventionem potest renunciare actioni intentata.</i></p> <p>18 <i>Contestatio litis dicitur principium Iudicij.</i></p> <p>19 <i>Contestatio formalis ubi non requiritur tunc dicitur fieri, quando incipitur tractari de meritis causa.</i></p> |
|---|--|

post Testamentum cedit damno, vel utilitati
 legatarij. all. 361. n. 1. fol. 390.
Vxor in praiudicium retorqueri non debet,
 quod in favorem viri est inductum. all. 325.
 n. 27. fol. 165.
Vxor bonorum, dicitur administrator mari-
 tus. all. 334. n. 6. fol. 230.
Vxor, instituta durante vita in usufructu al-
 tero dato herede post mortem, adhuc est sim-
 plex usufructuaria non heres, & heres dicitur
 a principio institutus, ita ut si praedeceat
 usufructuaria hereditatem, ad suos heredes

transmittat all. 388. n. 1. & 2. fol. 580.
 & derogatione. ibid. n. 3. & 6. fol. 581.
Vxor regulariter solent institui a maritis in
 usufructu, non in proprietate. ibid. nu. 8.
 fol. 581.
Vxor censetur relicta tantum usufructuaria,
 quando fuit dictum, quod usufructus de-
 beat esse plenus, & integer, & non res-
 tringi ad alimenta. ibid. n. 10.
Vxor, quando arguatur relicta usufructuaria
 non proprietaria. alleg. 388. per totam fol.
 581.

F I N I S.

